

Sermo

lxxx

156

Isa. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Deus inquit esto propter  
 eius. quia tibi proprium est misereri semper et parcere. potestas dei est et tibi domine  
 misericordia. gratia ad impetrandum mihi peccatori et penitentis cui misericordia debet. ubi n.  
 est peccati miseria cum penitentia debet esse misericordia. Et sic publicanus tria fecit. Naz  
 deum potentem et misericordem laudavit. et se peccatorem accusavit. et dei mi  
 sericordiam approbavit. Quid potuit sibi dominus respondere nisi miserem et par  
 cere. Secure dico quod non est in mundo ita brevis oratio quam sit deo ita placabi  
 lis peccatori utilis. Hec est illa oratio de qua dicitur ecclesiasticus. Oratio humiliatis se nu  
 bes penetrat. Hec oratio spiritus debet esse in ore nostro quam ad lectum imus. quam sur  
 gimus mane. quam intramus ecclesiam. quando orare incipimus. et quam in tri  
 bulatione sumus. et quam nescit aliud dicere quam corpus domini elevari. saltem hanc  
 dicat et bene orat. Desitis autem conditionibus illorum duorum christus intulit se  
 tentiam d. Dico vobis descendit hic iustificatus ab illo in domum suam. Hec  
 sententia exponitur duobus modis. Primo sic. descendit iustificatus ab illo. id est pl  
 quod ille. quia magis placuit oratio se humiliatis quam sic se laudatis. Secundo  
 sic. descendit hic iustificatus ab illo. id est ab omni culpa. licet non ab omni pena.  
 Nam peccati cognitio. cordis contritio. oris confessio. minuerunt sibi remissionem  
 peccatorum. Unde factum est quod ille qui de domo sua peccator recesserat iustifica  
 tus illuc rediit. Deinde reddit dominus rationem sibi sue ponens unam regulam  
 generale infallibile et dixit. Omnis qui se exaltet etc. Que regula sic expo  
 nitur. Qui se exaltat corde. magnam se coram deo reputando. bonamque habet  
 sibi attribuendo. in valore se aliis preferendo. talis humiliabitur coram deo. Qui  
 vero se humiliat peccatorem se recognoscendo. parvi valoris et meriti se  
 reputando. exaltabitur coram deo et angelis et sanctis. quia in celo erit maior  
 quam in terris fuerit humilior. Rogemus dominum etc.

Sed quod xps adheret. dico vobis

Dominica xiiij. apud seculares

**H**iesus de finibus tyri etc. Mat. viij. Dominus Je  
 sus volens  
 ostendere peccatoribus in quanta domini vivunt miseria et quam copio  
 sa sit misericordia ad se revertentibus fecit quoddam et miraculum quod  
 hodie in evangelio recitat ut peccatores timeant in peccato vivere. et animent  
 cum fiducia ad christum recurrere. Dicit ergo evangelium quod dominus noster cum ad pre  
 dicandum discurreret. Exiens de finibus tyri usque ad decapoleos. hoc  
 mare est lacus tyberiadis. Decapoleos est regio decem urbium quibus iste  
 lacus est circumdatus. et ideo dicitur inter medios fines esse decapoleos. hec  
 verba habent intellectum spirituale. Nam regio. x. urbium est regio celestis patrie que habet  
 ix. urbes. id est ix. mansiones. id est ix. ordines angelorum. et mansio. x. que est sanctorum

216